CAERIMONIAE REGULARIS OBSERVANTIAE SUBLACENSIS. BURCHARDUS DE MONTE SION. ODORICUS DE PORDENONE

Melk (?), 1419 und 14. Jh. Seite 39

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=9125
Copyright: Melk, Benediktinerstift



De Cerimonijs circa altare et ornatu ministrorum etc.

Ad videndum sunt Cerimonie que fiunt circa altare
et ornatum ministrorum eius In festis duplicibus maio-
ribus in mediate post primam pulsationem in utrisque vesperis
et matutinis Sacerdos cum duobus cantoribus vel quatuor
in magnis conventibus superpelliciis et pluvialibus indu-
antur nisi ymmo habere non possit et duo Acoliti super-
pelliciati pluvialibus et unus Acolitus thuribularius
hoc ordine chorum ingrediuntur primo precedant canto-
res unus et unus deinde Ceroferij tercio thuribu-
larius dextra manu thuribulum et sinistra portans
incensum ultimo Sacerdos coram altare procedens et
stans in medio acolitorum ponat incensum in thuri-
bulo quo accepto de manu magistri genuflectat
coram altari et adoleat altare manus tamen isto modo
primo in medio incipiendo bis vel ter ducendo versus
Crucifixum deinde leniter ducendo versus cornu
sinistrum revertendo ad dextrum et iterum revertendo
ad medium et ibi incenset iterum modicum et ostula-
to altari tradat Tradat thuribulum ministro non thu-
rificando illum et descendens ad ultimum gradum ab eo
ministro thurificetur et in eodem loco facto signo crucis
post primum officium solito more in choetum finito
vero ordine primo Sacerdos ad locum suum vadat Acoliti